

» avvicinandosi il tempo di entrare in campagna, abbiamo fatto e  
 » facciamo molti pensieri sul modo di ricominciar la guerra in  
 » questo estate e di tentare alcun che di notabile contro il nostro  
 » nemico e contro lo stato di lui. Ma vedendo, che ormai è dà aver  
 » poca speranza di passar l'Adda, e considerando ciò ch' egli  
 » stesso ha detto al nobiluomo Giorgio Cornaro, ed ora anche al  
 » nobiluomo Francesco dei Garzoni intorno al suo disegno, che  
 » ravvolge per la mente, ed in ispecie perchè nella Gera-d'Adda e  
 » nei luoghi al di là dell' Adda poco frutto si può sperare, perchè  
 » le terre di Gera-d' Adda sono forti ed in fortissimo luogo poste  
 » tra selve e paludi, acque e strade difficili; e che Cremona, per  
 » essere anche assai forte, non si può vincere od assediare senza

possibile quod hic demus omnes ordines opportunos possunt exercere in his factis fidelissimum nostrum Petrum de Advocatis ac de aliis fidelissimis nostris de quibus possint bene confidere pro bona executione suprascripte nostre intentionis ac pro securitate status nostri. Volumus insuper quod capto dicto comite eo instanti capiatur etiam et retineatur eius uxor comitissa ac intromittatur et accipiantur omnes littere et scripture sue ac denari et alia bona sua de quibus omnibus fieri debeat inventarium ordinatum ac omnia diligenter et bene debeant conservari donec aliud mandabimus superinde. Scribantque nobis subito quidquid fecerunt circa omnia suprascripta. Principaliter volumus et mandamus tibi quod antequam vadas ad presentiam dicti Comitis subito cum applicueris reperias te in secreto cum rectoribus et provisore nostris quibus ostendas totam istam commissionem ad eorum avisamentum quoniam nil aliud eis scribimus mandando eis auctoritate huius consilii sub pena haveris et persone quoniam casu quo dictus comes non veniat sponte ad presentiam nostram exequi debeant omnia que superius continentur.

Mandetur quoque nobili viro Mario Dandolo capitaneo nostro Brixie qui in proximo complet quod licet compleverit et designaverit regimen suum eius successor remaneat ibi et non discedat absque nostro mandato et stet ad expensas nostri communis et in omnibus predictis se exerceat sicut fuerit opportunum simul cum aliis rectoribus et provisore.

Preterea scribatur M. domino Mautue rogando eum quod sibi grave non sit venire ad presenciam nostram ut secum conferre possimus super certa bona et importanti causa ut in hoc sit concordantia cum verbis que dici facimus dicto comiti Carmignole.

Et ex nunc sit captum quod veniente dicto comite Venetas retineatur ad peticionem huius consilii absque alia nova parte vel deliberacione.

De parte . . . . .	16—19
De non . . . . .	11—11
Non sincere . . . . .	7—4.